Καὶ δὴ κατεῖχε τοῖς ὄνυξιν ἀγρίως,
Καὶ σὺν τάχει βέβρωκε τὸν νεανίαν.
Χο. Καὶ ταῦτ' ἐπ' ὄψει τοῦ φίλου φυτοσπόρου;
Ομ. Τὸ μεῖζον αὐτὸ τυγχάνει μοι τοῦ πάθους.
Αγ. Ἐγὼ δ' ἐπεὶ δέδορκα τοῦτο τὸ πρᾶγμα,
Προσῆλθον, ὦ πότνια, σοὶ πεφρακέναι.
Ομ. Ὡς εἴθε μηδ' ἐπῆλθες ἀγγεληφόρος,
Μέγιστον ἦν μοι μηδέλως προσιέναι.
Οὐκ αὖ γὰρ ἀκμὴν τῷ πάθει συνειχόμην.
Αγ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἄπειμι τὴν ὀπισθίαν.
Ομ. Ἐλθοις κακῶν ἥκιστα μηνυτὴς πάλιν.
Χο. Κακὸς κακῶς ὄλοιτο νῦν ὁ πυρφόρος.
Ομ. Δέδοικεν ἡμᾶς πυρφορήσας τῷ λόγῳ.
Χο. Ὦ ποῖον αὖθις τῶν Μυῶν ἀπεκρύβη.
Ἐμοὶ δοκεῖ κάλλιστον εἶναι καὶ πρέπον
Σωφρόνιον ᾆσαι παιδὶ τῷ πεπτωκότι.
Ομ. Καλῶς ἔφησας, τοιγαροῦν θρηνητέον.
Αγ. Πρώτιστα σὺ κρότησον ἀρχὴν τοῦ πάθους.
Ομ. Ἀ παπαὶ παπαὶ, παῖ παῖ, παπαὶ πολλάκις.
Χο. Παῖ Κρέιλλε, παῖ παῖ, παπαὶ δέσποτα.
Ομ. Ἀ ἆ, πόθι παῖ, ποῦ ποτ' ἀπέβης τέκνον;
Χο. Ποῖ ποῖ καληφθεὶς ἐξαπίπτης τοῦ βίου.
Ομ. Ὦ ὢ, πόθεν ποῖ τῶν πόνων ἰαλέμων.
Χο. Ἰαλέμων, ὢ καὶ πάλιν ἰαλέμων.
Ομ. Ἀ ἆ λέλοιπας τὸν λύχνον τῆς ἡμέρας.
Χο. Ἅπανθ' ἅπαντα τοῦ βίου, τέφρα, κόνις,

Ἅπαξ

Et conto extendentem robuſtiſſimo.
Impetũ fecit,ipſum vt cõprehẽderet protin⁹,
Et continuit vnguibus crudeliter.
Et cum celeritate deuorauit audacem.
CHOR.Et hæc in conſpectu chari parentis.
VX. Hoc ipſum mai⁹ eſt mihi ipſa afflictiõe.
NVNT. Ego poſtquam vidi hanc rem.
Acceſſi,ô veneranda,tibi vt dicerem.
VXOR.O vtinam non aduenisſes nuntie.
Maximum erat mihi nequaquam acceſſiſſe,
Nõ eñ rurſus hoc dolore correpta fuiſſem.
NVNT. Ego igitur abeo retrouerſam viã.
VXOR. Venias malorum minimè ſignificator denuò.
CHOR. Malus malè pereat nunc ignifer.
VXOR. Terruit nos ignifer ſermone ſuo.
CHOR.O qualis flos Muriũ occultatus eſt!
Mihi videtur optimum eſſe & decorum,
Lugubre carmen canere filio occiſo.
VXOR. Pulchrè dixti,proinde lugendum.
NVN.Prima tu pręſulta principiũ afflictiõis.
VXOR. Ah papæ,papæ,fili,fili,papæ denuò.
CHOR.Vbi Creille,quò,quò,papę domine.
VXOR.Ah ah vnde,fili,quonam abiiſti fili?
CHOR. Vbi vbi conditus migraſti vita?
VXOR.O,ô,vnde ô miſerias deplorandas!
CHOR.Miſerias ô etiam rurſum miſerias!
VXOR.Ah ah amici lucem diei.
CHOR.Omnia omnia vitæ cinis & puluis.

Ἀπαξάπαντα τοῦ βίου σκιὰ μόνον.

Ὀμφυνέτης. Οἴ οἱ προσῆλθες, ὦ Ψιχάρπαξ, ὦ τέκνον.

Χο. Ἀρκεῖ, τὸ λοιπὸν βαῖνε μὴ περαιτέρω.

Ἤδη βλέπω γὰρ ἄγγελον ταχυδρόμον.

Ὀμφυνέτης. Δέδοικα δεινὸν μὴ πάλιν τί μοι φράσῃ.

Χορὸς γέρ. Οὐκ ὦ σεβαστή. Ομ. Πῶς γὰρ οἶδας; Χο. πῶς ἄρα;

Φαιδρῷ προσώπῳ τὸν δρόμον διατρέχων.

Ομ. Ὡς εἴθε χρηστὸν ἄγγελον Ζεῦ μοι πρόες.

Ετερ. Αγγ. Ἡ δεσπότις πέφυκε ποῦ τίς εἰπάτω.

Χο. Πάρεστιν, ἰδοὺ καὶ θέλεις εἴσω βλέπε.

Ἕτερος Αγγ. Πάγχρυσε φαιδρὰ μὴ πεθλιμμένη γίνου,

Κἀμοὶ βράβευε δῶρα τῶν ἀγγελμάτων.

Ομ. Ἔξειπε, μὴ χλεύαζε κομποῤῥημόνως.

Ετερ. Αγγ. Ἂν μοι νεμῇς προφίλιστα δῶρα τοῦ λόγου.

Ομ. Εἰπόντι δώσω καὶ παράσχω συντόμως.

Ετ. Αγγ. Τέθνηκεν ἡ τάλαινα Γαλῆ τῷ μόθῳ.

Ομ. Ἃ ἃ κροτήσω καὶ χορήσομαι πλέον.

Ετ. Αγγ. Νικησάτω γὰρ ἡ χαρὰ τὴν ἀνίαν.

Ομ. Ὑφ' ἡδονῆς μέγιστον ὀρχοῦμαι πάνυ.

Χο. Τὸ τοῦ μόθου πρότερον μάθωμεν φίλη.

Καὶ πῶς τέθνηκε δυσμενὴς ἡ παμφάγος.

Ομ. Ἐξειπάτω δὴ πᾶσαν ἀγγελιφόρος

Τὴν σύγκρότησιν τῆς μάχης, καὶ τὸν μῶλον

Τῆς ἀγριωτάτου καὶ κακῆς Μυοκτόνου.

Χο. Ἡ δεσπότις λέλακε τὴν γλῶτταν κρότει.

Ετε

Vniuerſa ſemel omnia vitæ vmbra ſolum.
VXOR.Hei,hei,pręueniſti ô Pſicharpax fili.
CHOR.Sufficit,deinceps ne eas vlterius,
Iam video enim nuntium feſtinum.
VXOR.Timeo,moleſtũ ne rurſum qd dicat.
CHOR. Non ô veneranda. VXOR. Quî
ſcis? CHOR. Quomodo?
Splendido vultu curſum peragit.
VXOR. O vtinam bonum nuntium Iupiter
mihi præmittas.
AL.NVNT. Domina vbi ſit aliqua dicat.
CHOR. Adeſt ecce,& ſi velis inſpice.
AL.NVNT. Omnino aurea,læta,non affli-
cta ſis,
Et mihi ſolue dona nuntiorum.
VXOR. Dic ne ſubſanna falſa fingendo.
CHOR. Niſi expromas primùm dona nũtij.
VXOR.Vbi dixeris,prębebo daboq; ſtatim.
AL.NVN.Occubuit miſera Felis tumultu.
VXOR. Ah ah!plaudam & lætabor magis.
AL. NVN. Vincat quippe gaudiũ triſtitiam.
VX. Præ voluptate maximè tripudio oĩno.
CHOR.De bello primùm inquiram' chara,
Et qũo occubuerit infeſta Felis oĩa vorans.
VXOR. Narra ſanè omnem nuntie
Tumultum pugnæ,& ſtragem
Horribilis viſu & malæ Murinecis.
CHOR. Domina nimio gaudio exiluit, lin-
gua plaude.

Επερ. Αγγ. Ιδοὺ τὴν Ερμὴν εὐτρεπίζω τοῦ λόγου.
Υμεῖς δ᾽ ἑτοίμως ὠσὶν οὖσιν ὀρθίοις,
Ενωτίσασθε τῶν ἐφερμηνευμάτων.
Ως γοῦν ὁ δεινὸς συγκαταφθόρος μόθος
Εσχηκεν ἀρχὴν προσβολῆς εὐκοσμίας,
Καὶ πρῶτον μὲν πέπτωκεν ἐθνοσατράπης
Ο ψιχολείχης, εἶθ᾽ ὁ Κωλυκοκλόπος,
Επειθ᾽ ὁ παῖς τοῦ καλοῦ μου δεσπότου,
Ηλγησεν οὗτος τῷ πάθει τὴν καρδίαν,
Ιδὼν τὸν υἱὸν τὸν φίλον τεθνηκότα,
Καὶ τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν στρατιὰν παρατρεχούσας,
Επῆλθεν ἀπτὼς τῇ φθόρῳ καὶ παμφάγῳ,
Καὶ πρὸς ἅμιλλαν ἀτρόμως συνεπλάκη,
Πλεῖστον δὲ καιρὸν αὐθυπηγωνισμένων,
Καὶ μηδενὸς φεύγοντος, ἀλλ᾽ ἑστηκότες,
Ξύλον κατελθὸν τῆς ὑπερτάτης στέγης,
Ετει παλαιῷ καὶ χρόνῳ τεθραυσμένον,
Επληξεν αὐτὴν ἐν μέσῳ μεταφρένων,
Καὶ νεῦρα συντέθλακεν αὐτῆς αὐτίκα,
Καὶ πρὸς βάθη πέπτωκεν Αϊδωνέως·
Καὶ τὴν πρὶν ἡμῶν δυσμενῆ κατακράτως,
Ασπονδον, ἀμείλικτον, ἠγριωμένην,
Εδειξεν ἄπνουν ἐκτάδην ἡπλωμένην.
Χο. Ζώοις ἀλύπως, εὐθαλῶς, εὐκαρδίως,
Ες λυκάβαντας μήπω πεπληρωμένους,
Ανθ᾽ ὧν παρ᾽ ἦλθες ἄγγελος ποθουμένων,
Καὶ τὸν φόνον προὔφηνας ἡμῖν τῆς φθόρου·
Ηδη γὰρ εἶδον πᾶν ποθούμενον τέλος,
Εἰληφὸς ἀρχὴν καὶ καλῶς ἠνυσμένον.

ΤΕΛΟΣ.

ALNVN. Ecce Mercuriũ ſuborno ſermone.
Vos promptè auribus veſtris erectis
Auſcultate narrationes.
Vt igitur graue internecinum bellum
Habuit exordium impetus bene ornati,
Et primùm quidem cecidit gentis Satrapa
Pſicholiches, mox Colycoclopus,
Deinde filius boni mei heri.
Doluit ille ob affectum animo,
Conſpiciens filium charum mori,
Et ſibi ſubiectum exercitum promouens
Aggreſſus eſt intrepidus hoſtẽ & voracem,
Et ad pugnam intrepidè conuerſus eſt.
Diutiſſime verò pugnantibus,
Et nemine fugiente, ſed ſtantes,
Lignum decidens è ſublimi tecto,
Annis vetuſtis & temporibus putrefactum,
Percuſſit ipſam intra medias ſcapulas,
Et neruos confregit ipſius protinus,
Et ad profunda cecidit Plutonis:
Et hoſtem prius infeſtam nobis valdè
Fœdifragam, implacabilem, ſæuam,
Exhibuit expirantem in longum extenſam.
CHOR. Viuas lætus, ſplendidè, animosè,
Ad annos vſque infinitos,
Eò quòd veniſti nuntius exoptatus
Et necem manifeſtam feciſti nobis hoſtis.
Iam enim ſcio omnem optatam rem,
Vt cœpta eſt & feliciter perfecta.

FINIS.

# INTERPRETATIO PRO- *priorum nominum, quæ in Γαλεομυομαχίᾳ Feli & Muribus affinguntur.*

Κρεΐλλος, Nomen regis Murium factitium, à ſono quem Mures edunt.

Τυροκλόπος, caſeorum fur.

Λυχνεγλύφη, lucernarum excauatrix.

Χορδοκόπος, chordas ſecans.

Σιτοδάρπη, frumenti vel cibi deuoratrix.

Παμφάγος, omniuorus. Felis epitheton.

Τυρολείχης, caſeos lambens.

Χαρτοδάπται, chartas deuorantes & lacerantes.

Ψιχολείχης, micas lambens.

Κωλυκοκλόπος, riſtifur, arcarum vel ſacculorum direptor.

Ψιχάρπαξ, micarum raptor.

# LECTORI S.

AVIENI poëtæ meminerunt Seruius Grammaticus & D. Hieronymus. Seruius eum Virgilianas fabulas & Liuianas carmine deſcripſiſſe nobis auctor eſt: Hieronymus verò, Aratum cuius ante extabant Ciceronis & Germanici interpretationes eundem ſuis temporibus Italis Muſis conſecraſſe. Nec puto dubitandum eſſe, an quæ ſequuntur fabulæ eiuſdem ſint Auieni. Videtur enim hic auctor operam ſuam poſuiſſe in omnis generis fabulis explanandis, quarum aliæ pertinent ad corpora cæleſtia vt Arati. Aliæ ad Heroes vt Virgilij & Liuij Andronici. Tertium genus ad bruta animantia vt Æſopi. Et has quidem nunc primi edimus, cupimúſque vt operam noſtram in his fabulis reſtituendis lectores æqui boníque conſulant. Quos & hoc admonitos velim, has olim quidem à Gregorio Gyraldo eſſe lectas: is enim in ſuis libris quandam particulam præfationis adfert, ab eo autem aut alio quouis non eſſe editas: hac de cauſa, vt credimus, quod nacti non eſſent ſatis emendatum exemplar. nos feliciores qui nacti fuimus tria exemplaria, quæ ſimul Auienum nobis integrum & quàm emendatum exhibuerunt.

AVIENVS THEODOSIO.

*Dvbitanti mihi, Theodoſi optime, quonam literarum titulo noſtri nominis memoriam mandaremus, fabularum textus occurrit, quod in his vrbanè concepta falſitas doceat, & non incumbat neceſſitas veritatis. Nam quis tecum de oratione, quis de poëmate loqueretur: cùm in vtroq; literarum genere & Atticos græca eruditione ſuperes, & latinitate Romanos? Huius ergo materiæ ducem nobis Æſopum noueris, qui reſponſo Delphici Apollinis monitus ridicula orſus eſt, vt legenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas & Socrates diuinis operibus indidit, & poëmati ſuo Flaccus aptauit, quod in ſe ſub iocorum communium ſpecie vitæ argumenta contineant, quas græcis Iambis Babrias repetens in duo volumina coartauit. Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos reſoluit. De his ergo ad quadraginta & duas in vnum redactas fabulas edidi, quas rudi latinitate compoſitas elegis ſum explicare conatus. Habes ergo opus quo animum oblectes, ingenium exerceas, ſollicitudines leues, totúmq; viuendi ordinem cautus agnoſcas. Loqui verò arbores, feras cum hominibus gemere, verbis certare volucres, animalia ridere fecimus vt pro ſingulorum neceſſitatibus vel ab ipſis animis ſententia proferatur.*

ÆSOP

# ÆSOPI FABVLÆ XLII.

## AB AVIENO ELEGO carmine conſcriptæ.

*

### RVSTICA ET LVPVS. I

RVſtica deflenti paruo iurauerat olim
Ni taceat rabido quòd foret eſca lupo.
Credulꝰ hāc vocē Lupꝰ audiit & manet ipſas
Peruigil ante fores, irrita vota gerens.
Nam laſſata puer nimię dat membra quieti.
Spem quoque raptori ſuſtulit inde famis.
Hunc vbi ſyluarum repetētem luſtra ſuarum
Ieiunum coniunx ſenſit adeſſe lupa:
Cur, inquit, nullam refers de more rapinam,
Languida cōſumptis ſed trahis ora genis?
Ne mireris ait, deceptum fraude maligna
Vix miſerum vacua delituiſſe fuga.
Nam quæ præda rogas, quæ ſpes contingere poſſet
Iurgia nutricis cùm mihi verba darent?
Hęc ſibi dicta putet, ſeq; hac ſciat arte notari
Fœmineam quiſquis credidit eſſe fidem.

---

### AQVILA ET TESTVDO. 2

Pennatis auibus quondā teſtudo locuta eſt,
Si quis eam volucrem conſtituiſſet humi

Protinus è rubris cõchas proferret harenis,
Queis pretium nitido cortice bacca daret.
Indignans ſibimet tardo quòd ſedula greſſu
Nil ageret toto perficeretq; die.
Aſt vbi promiſſis aquilam fallacibus implet,
Experta eſt ſimilem perfida lingua fidem.
Et male mercatis dum quærit ſidera pennis,
Occidit infelix alitis vngue fero.
Tum quoque ſublimis cùm iam moreretur in auras,
Ingemuit votis hæc licuiſſe ſuis.
Nam dedit exoſæ poſthęc documẽta quietis
Non ſine ſupremo magna labore peti.
Sic quicumq; noua ſublatus laude tumeſcit,
Dat meritò pœnas dum meliora cupit.

---

## CANCRI. 3

Curua retrocedens cùm fert veſtigia cãcer.
Hiſpida ſaxoſis terga relinſit aquis.
Hunc genitrix facili cupiẽs procedere greſſu
Talibus alloquiis præmonuiſſe datur:
Ne tibi tranſuerſo placeant hæc deuia nate,
Rurſus in obliquos neu velis ire pedes.
Sed niſu contenta ferens veſtigia recto
Innocuos proſo tramite ſiſte gradus.
Cui natus, faciam ſi me præceſſeris, inquit,
Rectaq; monſtrantem certior ipſe ſequar.
Nã ſtultũ nimis eſt cùm tu prauiſſima temtes
Alterius cenſor vt vitioſa notes.

BOREAS ET SOL. 4

Immitis Boreas placidusq; ad ſidera Phœb9
Iurgia cum magno conſeruere Ioue,
Quis prior inceptum peragat. mediumque per orbem
Carpebat ſolitum forte viator iter.
Conuenit hanc potius liti præfigere cauſam
Pallia nudato decutienda viro.
Protinus impulſus vẽtis circumtonat æther,
Et gelidus nimias depluit imber aquas.
Ille magis duplicẽ lateri circumdat amictũ,
Turbida ſummotos quo trahit aura ſinus.
Sed tenues radios paulatim increſcere Phœbus
Iuſſerat, vt nimio ſurgeret igne iubar.
Donec laſſa volẽs requieſcere mẽbra viator,
Sepoſita feſſus veſte ſederet humi.
Tunc victor docuit præſentia numina Titan
Nullum præmiſſis vincere poſſe minis.

RVSTICVS ET ASINVS. 5

Metiri ſe quemque decet propriisq; iuuari
Laudibus, alterius nec bona ferre ſibi.
Ne detracta grauem faciant miracula riſum
Cœperit in ſolis cùm remanere malis.
Exuuias aſinus defuncti fortè leonis
Repperit, & ſpoliis induit ora nouis.
Aptauitq; ſuis incõgrua tegmina membris,
Et miſerum tanto preſſit honore caput.

Aſt vbi terribilis animo circumſtetit horror,
Pigraq́; præſumptus venit in oſſa vigor,
Mitibus ille feris communia pabula calcãs,
Turbabat pauidas per ſua rura boues,
Ruſticus hunc magna poſtquam deprehendit ab aure,
Correptum vinclis verberibusq́; domat.
Et ſimul abſtracto denudans corpora tergo,
Increpat his miſerum vocibus ille pecus.
Forſitan ignotos mutato tegmine fallas,
At mihi qui quondam ſemper aſellus eris.

---

RANA ET VVLPES. 6

Edita gurgitibus olimq́; immerſa profundo,
Et luteis tantùm ſemper amica vadis,
Ad ſuperos colles herboſaq́; prata recurrẽs,
Mulcebat miſeras turgida rana feras,
Callida quò poſſet grauibus ſuccurrere morbis,
Et vitam ingenio continuare ſuo.
Nec ſe Pæonio iactat ceſſiſſe magiſtro,
Quamuis perpetuos curet in orbe Deos.
Tunc vulpes pecudum ridẽs aſtuta quietem
Verborum vacuam prodidit eſſe fidem.
Hæc dabit ægrotis, inquit, medicamina membris
Pallida cæruleus cui notat ora color.
Haud facile eſt prauis innatũ mentibus vt ſe
Muneribus dignas ſupplicióue putent.

## CANIS. 7

Forte canis quondã nullis latratibus horrẽs,
Nec patulis primum rictibus ora trahens,
Mollia ſed pauidę ſummittẽs verbera caudę,
Concitus audaci vulnera dente dabat.
Hunc dñs ne quẽ probitas ſimulata lateret
Iuſſerat in rabido gutture ferre nolam.
Faucibus innexis crepitantia ſubligat æra,
Quæ facili motu ſigna cauenda darent.
Hæc tamen ille ſibi credebat præmia ferri,
Et ſimilem turbam deſpiciebat ouans.
Tunc inſultãtem ſenior de plebe ſuperbum
Aggreditur tali ſingula voce monens:
Infelix quæ tanta rapit dementia ſenſum
Munera pro meritis ſi cupis iſta dari:
Non hoc virtutis decus oſtentatur in ære,
Nequitiæ teſtem ſed geris inde ſonum.

## CAMELVS. 8

Contentum propriis ſapientẽ viuere rebus
Nec cupere alterius noſtra fabella monet.
Indignata cito ne ſtet fortuna recurſu,
Atq; eadem minuat qua dedit ante rota.
Corporis immẽſi fertur pecus ille per auras,
Et magnum precibus ſollicitaſſe Iouem.
Turpe nimis cunctis irridendumq; videri,
Inſignes geminis cornibus ire boues.
Et ſolum nulla munitum parte camelum

Obiectum cunctis expoſitumq; feris.
Iuppiter adridẽs poſtquam ſperata negauit,
Inſuper & magnæ ſuſtulit auris onus.
Viue minor merito cui ſors nõ ſufficit, inqt,
Et tua perpetuam liuide damna geme.

---

VIATORES. 9

Montibus ignotis curuisq; in vallibus arctũ
Cum ſocio quidam ſuſcipiebat iter.
Securus quodcumq; malum fortuna tuliſſet
Robore conlato poſſet vterque pati.
Dumq; per inceptũ vario ſermone feruntur,
In mediam præceps conuenit vrſa viam.
Horum alter facili cõprendens robora curſu,
In viridi trepidum fronde pependit onus.
Ille trahens nullo iacuit veſtigia greſſu,
Exanimem fingens ſponte relifus humi.
Continuò prędã cupiens fera ſæua cucurrit.
Et miſerum curuis vnguibus ante leuat.
Verum vbi cocreto riguerũt mẽbra timore,
Nam ſolitus mentis liquerat oſſa calor,
Tunc olidũ credẽs quamuis ieiuna cadauer,
Deſerit & luſtris conditur vrſa ſuis.
Sed cùm ſecuri paulatim in verba rediſſent,
Liberior iuſto qui fuit ante fugax:
Dic ſode: quidnam trepido tibi rettulit vrſa,
Nam ſecreta diu multaq; verba dedit.
Magna quidem monuit:tamen hæc quoque maxime iuſſit,

Quæ

Quæ miſero ſemper ſunt facienda mihi.
Ne facili alterius repetas conſortia, dixit,
Rurſus ab inſana ne capiare fera.

EQVES. 10

Caluus eques capitis ſolitꝰ religare capillos,
Atque alias nudo vertice ferre comas,
Ad campũ nitidis venit cõſpectus in armis,
Et facilem frænis flectere cœpit equum.
Huius ab aduerſo Boreæ ſpiramina præſtãt
Ridiculum populo proſpiciente caput.
Nam mox deiecto nituit frons nuda galero,
Diſcolor adpoſita quæ fuit ante coma.
Ille ſagax tantis quod riſus millibus eſſet,
Diſtulit ammota calliditate iocum.
Quid mirũ referens poſitos fugiſſe capillos
Quem prius æquæuæ deſeruere comæ?

OLLAE. 11

Eripiens geminas ripis cedentibus ollas,
Inſanis pariter flumen agebat aquis:
Sed diuerſa duas ars & natura creauit,
Aere prior fuſa eſt, altera ficta luto.
Diſpar erat fragili & ſolido cõcordia motus,
Incertumq; vagus amnis habebat iter.
Ne tamen eliſam confringeret ærea teſtam,
Iurabat ſolitam longius ire viam.
Illa timẽs ne quid leuibus grauiora nocerẽt:
Et quia nulla breui eſt cum meliore fides.

Quamuis ſecuram verbis me feceris, inquit,
Non timor ex animo decutiendus erit.
Nam me ſiue tibi, ſeu te mihi cõferat vnda.
Semper ero ambobus ſubdita ſola malis.

## RVSTICVS. 12

Ruſticus impreſſo molitus vomere terram
Theſaurum ſulcis proſiluiſſe videt.
Mox indigna animo properãte reliqt aratra
Semina compellens ad meliora boues.
Continuò ſupplex telluris inſtruit aras
Quæ ſibi depoſitas ſponte dediſſet opes.
Hũc fortuna nouis gaudentẽ prouida rebus
Admonet, indignam ſe quoq; ture dolens.
Nũc inuenta meis nõ prodis munera tẽplis,
Atque alios mauis participare Deos.
Sed cùm ſubrepto fueris triſtiſſimus auro
Me primam lacrymis ſollicitabis inops.

## TAVRVS ET HIRCVS. 13

Immẽſum Taurus fugeret cùm fortè Leonẽ,
Tutaq; deſertis quæreret antra viis.
Speluncã reperit quã tunc hirſutus habebat,
Ciniphij ductor qui gregis eſſe ſolet.
Poſt vbi ſummiſſa meditantẽ irrũpere frõte
Obuius obliquo terruit ore caper,
Triſtis abit longaq; fugax de valle locutus,
Nam timor expulſum iurgia ferre vetat,
Non te demiſſis ſetoſum putide barbis,
Illum

Illum qui ſupereſt conſequiturq́; tremo.
Nam ſi diſcedat noſces ſtultiſſime quantum
Diſcrepet à Tauri viribus hircus olens.

## SIMIA. 14

Iuppiter in toto quondam quæſiuerat orbe,
Munera natorum qui meliora daret:
Certatim ad regē currit genus omne ferarū,
Permixtumq́; homini cogitur ire pecus.
Sed nec ſquamigeri deſunt ad iurgia piſces,
Vel quidquid volucrum purior aura vehit:
Inter quos trepidæ ducebāt pignora matres
Iudicio tanti diſcutienda Dei.
Tūc breuis informē traheret cū ſimia natū,
Ipſum etiam in riſum compulit ire Iouem.
Hanc tamen ante alias rūpit turpiſſima vocē
Dum genitrix crimen ſic abolere cupit.
Iuppiter hoc norit, maneat victoria, ſi quem
Iudicio ſupereſt omnibus iſte meo.

## GRVS ET PAVO. 15

Treïciam volucrem fertur Iunonius ales
Communi ſociam continuaſſe cibo.
Namq; inter varias fuerat diſcordia formas
Magnaq́; de facili iurgia lite trahunt:
Quod ſibi multimodo fulgerent membra decore,
Cæruleam facerent liuida terga gruem.
Et ſimul erectę circumdans tegmina caudæ

Sparſerat arcanum rurſus in aſtra iubar.
Illa licet nullo pennarum certet honore,
His tamen inſultans vocibus vſa datur:
Quãuis innumerus plumas variauerit ordo,
Merſus humi ſemper florida terga geris.
Aſt ego deformis ſublimis in aëra penna
Proxima ſideribus numinibusq́; feror.

---

## QVERCVS, CALAMI. 16

Montibus è ſummis radicitus eruta quercus
Decidit inſani turbine victa nothi.
Quã tumidis ſubter decurrens alueus vndis
Suſcipit,& fluuio præcipitante rapit.
Verùm vbi diuerſis impellitur ardua ripis,
In fragiles calamos grande reſedit onus.
Tunc ſic exiguo connectens ceſpite ramos,
Miratur liquidis quod ſtet arundo vadis.
Se quoq; tam vaſto necdum cõſiſtere trũco,
Aſt illam tenui cortice ferre minas.
Stridula mox blãdo reſpõdens canna ſuſurro
Seq́; magis tutam debilitate docens:
Tu rabidos,inquit,ventos,ſæuasq́; procellas
Deſpicis,& totis viribus acta ruis.
Aſt ego ſurgẽtes paulatim demoror auſtros,
Et quamuis leuibus prouida cedo notis.
In tua præruptus offendit robora nimbus,
Motibus aura meis ludificata perit.
Hæc nos dicta monent magnis obſiſtere fru
Paulatimq́; truces exſuperare minas. (ſtra,

VENATOR ET TIGRIS. 17

Venator iaculis haud inrita vulnera torquēs
Turbabat rapidas per ſua luſtra feras.
Tū pauidis audax cupiēs ſuccurrere Tigris,
Verbere commotas iuſſit adeſſe minas.
Ille tamen ſolito contorquens tela lacerto,
Nunc tibi qualis eram nuntius iſte refert.
Et ſimul emiſſum tranſegit vulnera ferrum,
Perſtrinxitq́; citos haſta cruenta pedes.
Molliter adfixum traheret cùm ſaucia telum
A trepida fertur vulpe retenta diu.
Dum quis ille foret, qui talia vulnera ferret,
Aut vbinam iaculum delituiſſet agens.
Illa gemēs fractoq́; loq vix murmure cœpit,
Nam ſolitas voces ira dolorq́; rapit:
Nulla qdē medio cōuenit in aggere forma,
Quæq́; oculis obſit non repetenda meis:
Sed cruor & validis in nos directa lacertis
Oſtendunt aliquem tela fuiſſe virum.

ARMENTA ET LEO. 18

Quatuor immēſis quondā per prata iuuēcis
Fertur amicitiæ tanta fuiſſe fides,
Vt ſimul emiſſos nullus diuelleret error,
Rurſus & è paſtu turba rediret amans.
Hos quoq; conlatis inter ſe cornibus, ingens
Dicitur in ſyluis pertimuiſſe Leo.
Dū metus oblatā prohibet temptare rapinā,
Et

Et coniuratos horret adire boues.
Sed quamuis audax factisq; immanior eſſet,
Tantorum ſolus viribus impar erat,
Protinus adgreditur prauis inſiſtere verbis
Conliſum cupiens diſſociare pecus.
Et poſtquã dictis animos diſiunxit acerbis,
Inuaſit miſerum, diripuitq; gregem.
Tum quidam ex illis vitam ſeruare quietam
Qui cupiet, noſtra diſcere morte poteſt.
Néue cito admotas verbis fallacibus aureis
Impleat aut veterem deſerat ante fidem.

DVMVS ET ABIES. 19

Horrentes dumos abies pulcerrima riſit
Cùm facerent formæ iurgia magna ſuæ.
Indignum referẽs cunctis certamen haberi,
Quod meritis nullus conſociaret honor.
Nã mihi deductũ ſurgens in nubila corpus
Verticis erectas tollit in aſtra comas.
Pupibus & patulis media cum ſede locãtur,
In me ſuſpenſos explicat aura ſinus.
At tibi deformem quod dant ſpineta figurã
Deſpectum cuncti præteriere viri.
Ille refert, nunc læta quidẽ bona ſola fateris,
Et noſtris frueris imperioſa malis.
Sed cũ pulcra minax ſuccidet mẽbra ſecuris,
Quàm velles ſpinas tunc habuiſſe meas.

PISCATOR ET PISCIS. 20

Piſcator ſolitus prædam ſuſpendere ſeta
Exig

Exigui piſcis vile trahebat onus.
Sed poſtquã ſuperas captũ perduxit ad auras,
Atque auido fixum vulnus ab ore tulit:
Parce precor ſupplex lacrymis ita dixit obor
tis,
Nã quãta ex noſtro corpore damna feres!
Nunc me ſaxoſis genitrix fecũda ſub antris
Fudit, & in propriis ludere iuſſit aquis.
Tolle minas tenerũq; tuis ſine creſcere men
Hęc tibi me rurſũ littoris vnda dabit. (ſis,
Protinus immenſi depaſtus cærula ponti
Pinguior ad calamũ ſponte recurro tuum.
Ille nefas captum referẽs abſoluere piſcem,
Difficiles quæritur caſibus eſſe vices.
Nã miſerũ eſt, inq̃, præſentẽ amittere prędã,
Stultius & rurſum vota futura ſequi.

## RVSTICVS ET AVIS. 21

Paruula progeniem terræ mandauerat ales
Qua ſtabat viridi ceſpite flaua ſeges:
Ruſticus hãc fragili cupiẽs decerpere culmo,
Vicinam ſupplex fortè petebat opem.
Sed vox implumes turbauit cręđula nidos,
Suaſerat & laribus continuare fugam.
Cautior hos remeãs prohibet diſcedere ma-
Nã quid ab externis ꝑficietur, ait? (ter:
Ille iterum caris operam mandauit amicis,
At genitrix rurſum tutior inde manet.
Sed poſtquã curuas dñm cõprendere falces
Frug

Frugibus & veram ſenſit adeſſe manum.
Nunc, ait, ô miſeri, dilecta relinquite rura,
Cùm ſpem de propriis viribus ille petit.

INVIDVS ET CVPIDVS. 22

Iuppiter ambiguas hoĩm prędiſcere mentes
Ad terras Phœbum miſit ab arce poli.
Tunc duo diuerſis poſcebant numina votis,
Namq; alter cupidus, inuidus alter erat.
His ſeſe medium Titan ſcrutatus vtrunque
Obtulit, & precibus vt peteretur ait:
Præſtandi facilis nam quæ ſperauerit vnus
Protinus hæc alter congeminata feret.
Sed cui longa iecur nequeat ſatiare cupido,
Diſtulit admotas in noua damna preces.
Spem ſibi confidens alieno creſcere voto,
Séque ratus ſolum munera ferre duo.
Ille vbi captantem ſocium ſua præmia vidit,
Supplicium proprij corporis optat, ouans.
Nam petit extinctus vt lumine degeret vno,
Alter vt hoc duplicans viuat vtroq; carẽs.
Tunc ſortem ſapiẽs humanam riſit Apollo,
Inuidiæq; malum retulit ipſe Ioui.
Quæ dum prouentis aliorũ gaudet iniquis
Lætior infelix ſic ſua damna cupit.

STATVARIVS. 23

Vẽditor inſignẽ referẽs de marmore Bacchũ
Expoſitum pretio fecerat eſſe Deum.
Nobil

Nobilis hunc quidã funeſta in ſede ſepulchri
Mercari cupiens compoſiturus erat.
Alter adoratis vt ferret numina templis,
Redderet & ſacro debita vota loco.
Nũc ait ambiguũ facies de mercibus omen,
Cùm ſpes in pretium munera diſpar agit.
Et me defunctis ſeu malis tradere diuis,
Siue decus buſti ſeu velis eſſe deum.
Subdita nãq; tibi eſt magni reuerentia facti,
Atque eadem retines funera noſtra manu.
Cõuenit hoc illis quib⁹ eſt permiſſa poteſtas,
An præſtare magis ſeu nocuiſſe velint.

## VENATOR ET LEO. 24

Certamen longa protractum lite gerebant
Venator quondam nobilis atque Leo.
Hi cùm perpetuũ cuperent in iurgia finem,
Edita continuo fortè ſepulchra vident.
Illic docta manus flectentem colla Leonem
Fecerat in gremio procubuiſſe viri.
Scilicet adfirmans pictura teſte ſuperbum
Se fieri: extinctam nam docet eſſe feram.
Ille graues oculos ad inania ſigna retorquẽs
Infremit, & rapido pectore verba dedit:
Irrita te generis ſubiit fiducia veſtri,
Artificis teſtem ſi cupis eſſe manum.
Quod ſi noſtra nouũ caperet ſolertia ſenſum,
Scalperet vt docili pollice ſaxa Leo, (gno.
Tũc hoĩem aſpiceres oppreſſũ murmure ma
Cond

Conderet vt rabidis vltima fata genis.

## PVER ET FVR. 25

Flens puer extremã putei conſedit ad vndã,
Vana ſuperuacuis rictibus ora trahens,
Callid⁹ hũc lacrymis poſtquã fur vidit obor-
Quę nã triſtitię ſit modo cauſa rogat. (tis,
Ille ſibi abrupti fingens diſcrimina funis,
Atque auri queritur deſiluiſſe cadum.
Nec mora ſollicitã traxit man⁹ improba ve-
Exutus putei protinus ima petit. (ſtem,
Paruulus exiguo circumdans pallia collo
Sentibus immerſus delituiſſe datur.
Sed poſt fallaci ſuſcepta pericula voto
Triſtior amiſſa veſte reſedit humi.
Dicitur his ſolers vocem rupiſſe querelis,
Et gemitu ſummos ſollicitaſſe Deos.
Perdita qſquis erit poſt hac bñ pallia credat,
Qui putat in liqdis quod natet vrna vadis.

## CAPELLA ET LEO. 26

Viderat ex celſã paſcentem rupe capellam
Comminus eſuriens cùm Leo ferret iter.
Et prior, heus, inquit præruptis ardua ſaxis,
Linqu e,nec hirſutis paſcua quære iugis.
Sed cytiſi croceum per prata virentia florem
Et glaucas ſalices & thyma grata pete.
Illa gemens, deſiſte, precor, fallaciter, inquit,
Securam placidis inſimulare dolis.

Vera

Vera licet moneas, maiora pericula tollas,
Tu tamen his dictis non facis eſſe fidem.
Nam quãuis rectis conſtet ſententia verbis,
Suſpectam hãc grauidus conſiliator habet.

## CORNIX ET VRNA. 27

Ingentem ſitiens Cornix aſpexerat Vrnam,
Quæ minimam fundo cõtinuiſſet aquam.
Hanc eniſa diu planis effundere campis
Scilicet vt nimiam pelleret inde ſitim.
Poſtquã nulla viã virt⁹ dedit, ammouet oẽs
Indignata noua calliditate dolos.
Nã breuis immerſis adcreſcẽs ſponte lapillis
Potandi facilem præbuit vnda viam.
Viribus hæc docuit quã ſit prudentia maior,
Quæ cœptum volucris explicuiſſet opus.

## RVSTICVS ET TAVRVS. 28

Vincla recuſanti dedignantiq; iuuenco
Aſpera mordaci ſubdere colla iugo,
Ruſticus obliqua ſuccidens cornua falce,
Credidit inſanum defremuiſſe pecus.
Cautus & immẽſo ceruicem innectit aratro:
Namq; erat hic cornu prõptior atq; pede.
Scilicet vt longus prohiberet verbera temo,
Neue ictus faciles vngula ſæua daret.
Sed poſtquam irato detractans vincula collo
Immeritam vacua calce fatigat humum.
Cõtinuò euerſam pedibus diſpergit harenã

Quam ferus in domini ora ſequẽtis agat.
Tum ſic informi ſquallentes puluere crines
Diſcutiens imo pectore victus ait:
Nimirum exemplum naturæ dedat iniquæ,
Qua fieri poſſet cum ratione nocens.

---

## SATYRVS ET VIATOR. 29

Horrida congeſtis cùm ſtaret bruma pruinis,
Cunctaq́; durato ſtringeret arua gelu,
Hæſit in aduerſa nimborum mole viator,
Perdita nam prohibet ſemita ferre gradũ.
Hũc nemorũ cuſtos fertur miſeratꝰ in antro
Exceptum Satyrus continuiſſe ſuo.
Quẽ ſimul aſpiciẽs ruris miratur alumnus,
Vimq́; homini tãtam protinus eſſe pauet.
Nã gelidos artus vitæ vt reuocaret in vſum,
Adflatas calido ſoluerat ore manus.
Sed cùm depulſo cœpiſſet frigore lætus
Hoſpitis eximia ſedulitate frui,
Namq; illi agreſtem cupiens oſtendere vitã,
Syluarum referens optima quæq; dabat.
Obtulit & calido plenum cratera Lyæo,
Laxet vt infuſus frigida membra tepor.
Ille vbi feruentem labris contingere teſtam
Horruit, algenti rurſus ab ore ſuflat.
Obſtupuit duplici mõſtro perterritꝰ hoſpes,
Et pulſum ſyluis longius ire iubet.
Nolo, ait, vt noſtris vnquã ſucceſſerit antris
Tam diuerſa duo qui ſimul ore ferat.

VILLICVS ET DOMINVS. 30

Vaſtantem ſegetes & pinguia culta ruẽtem
Liquerat abſciſſa ruſticus aure ſuem,
Vt memor accepti referẽs monumẽta dolo-
Vlterius teneris parceret illa ſatis. (ris
Rurſus in excepti deprenſus crimine campi
Perdidit indultæ perfidus auris onus.
Nec mora prædictę ſegeti caput intulit hor-
rens,
Pœna ſed indignum quod geminata facit.
Tũc domini captũ mẽſis dedit ille ſuperbis,
In varias epulas plurima fruſta ſecans.
Sed cùm cõſumpti domin⁹ cor quęreret apri
Impatiens fertur quod rapuiſſe coquus.
Ruſticus hoc iuſtam verbo compeſcuit iram,
Adfirmans ſtultum non habuiſſe ſuem.
Nã cur mẽbrorum demens in dãna veniſſet
Atque vno totiens poſſet ab hoſte capi?
Hæc illos deſcripta monent qui ſæpius auſi
Numquam peccatis abſtinuere manus.

MVS ET BOS. 31

Ingentẽ fertur mus quondã paruus oberrãs,
Auſus ab exiguo lædere dente bouem.
Verùm vbi mordaci confecit vulnera roſtro,
Tutus in anfractus conditur inde ſuos.
Ille licet vaſta toruum ceruice minetur,
Non tamen iratus, quem petit eſſe vidit.

Tunc indignantem iuſto ſermone fatigans
 Diſtulit hoſtiles calliditate minas.
Nō qa magna tibi tribuerũt mẽbra parentes
 Viribus effectum conſtituere tuis.
Diſce tamẽ breuibus quę ſit fiducia mõſtris,
 Et faciat quidquid paruula turba cupit.

RVSTICVS ET HERCVLES. 32

Hærentem luteo ſub gurgite ruſticus axem
 Liquerat, adnexas ad iuga curua boues.
Fruſtra diſpoſitis confidens numina votis
 Ferre ſuis rebus cùm reſideret opem.
Cui rector ſummis Tirynthiꝰ infit ab aſtris,
 Nam vocat hunc ſupplex in ſua vota Deũ.
Perge laborantes ſtimulis agitare iuuencos,
 Et manibus pigras diſce iuuare rotas.
Tũc quoq; cõgreſſum maioráq; viribꝰ auſum
 Fas ſuperos animis conciliare tuis.
Diſce tamen pigris non flecti numina votis
 Præſentesq; adhibe cùm facis ipſe Deos.

ANSER. 33

Anſer erat cuidam pretioſo germine fæta,
 Ouáq; quæ nidis aurea ſæpe daret.
Fixerat hanc volucri legem natura ſuperbæ,
 Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed dominus cupidũ ſperans vaneſcere votũ
 Non tulit exoſas in ſua lucra moras.
Grãde ratꝰ pretiũ volucris de morte referre,

Quæ tam continuò munere diues erat.
Poſtquam nuda minax egit perviſcera ferrũ,
Et vacuam ſolitis fætibus eſſe videt.
Ingemuit tantæ deceptus crimine fraudis:
Nam pœnam meritis rettulit inde ſuis.
Sic qui cũcta Deos vno male tẽpore poſcũt,
Iuſtius his etiam vota diurna negant.

---

FORMICA ET CICADA. 34

Quiſquis torpentẽ paſſus tranſire iuuentam
Nec timuit vitæ prouidus ante mala,
Confectus ſenio poſtquã grauis adfuit ætas
Heu fruſtra alterius ſæpe rogauit opem.
Solibus ereptos hieme formica labores
Diſtulit,& breuibus condidit ante cauis.
Verum vbi candentes ſuſcepit terra pruinas,
Aruaq; ſub rigido diriguere gelu,
Pigra nimis tãtos nõ ęquãs corpore nimbos
In propriis laribus humida grana legit.
Decolor hãc precibus ſupplex alimẽta roga-
Quę quõdã q̃rulo ruperat arua ſono. (bat,
Se quoq; maturas cùm tũderet area meſſes,
Cantibus æſtiuos explicuiſſe dies:
Paruula tunc ridens ſic eſt affata cicadam,
Nam vitam pariter continuare ſolent.
Mi quoniã ſummo ſubſtãtia parta labore eſt
Frigoribus mediis ocia longa traho.
At tibi ſaltanti nunc vltima tempora reſtant,
Cantibus eſt quoniam vita peracta prior.

SIMIA ET NATI. 35

Fama eſt quod geminũ ꝓfundẽs ſimia natũ
Diuidit in varias pignora bina vices.
Namque vnum caro genitrix educit amore,
Alteriusq; odiis exſaturata tumet.
Cœperat vt fœtus grauior terrere tumultus,
Diſſimili natos conditione rapit.
Dilectum manibus vel pectore geſtat amico
Contemptum dorſo ſuſcipiente leuat.
Sed cùm laſſatis nequeat conſiſtere plantis,
Oppoſitum fugiens ſponte remiſit onus.
Hirſutis alter innectens brachia collis,
Hæſit & inuita cum genitrice fugit.
Mox quoq; dilecti ſucceſſit in oſcula fratris
Seruatus vetulis vnicus heres auis.
Sic multos neglecta iuuãt:atq; ordine verſo
Spes humiles rurſus ad meliora refert.

VITVLVS ET BOS. 36

Pulcraq; & intacta vitulus ceruice reſultans
Scindentem aſſidue viderat arua bouem.
Nõ pudet heus,inquit,lõgæuo vincula collo
Ferre,nec expoſitis ocia noſſe iugis,
Cùm mihi ſubiectas pateat diſcurſus in her-
Et nemorũ liceat rurſus opaca ſequi. (bas,
At ſenior nullam verbis compulſus in iram,
Vertebat ſolitam vomere feſſus humum.
Donec depoſito per prata liceret aratro
Molliter herboſo procubuiſſe toro.

Mox

Mox vitulum ſacris innexum reſpicit aris,
Admotum cultro comminus ire prope.
Hanc tibi triſtis agit nũc indulgentia mortẽ,
Expertem noſtri quæ facit eſſe iugi.
Proderit ergo graues quãuis ſufferre labores
Otia quàm tenerum mox peritura pati.
Eſt hominum ſors iſta magis felicibus vt ſit
Mors cita, cùm miſeros vita diurna regat.

---

## CANIS ET LEO. 37

Pinguior exhauſto canis occurriſſe leoni
Fertur, & inſertis verba dediſſe iocis.
Nónne vides duplici tendantur vt ilia tergo,
Luxurietq; toris nobile pectus, ait?
Proximus humanis ducor poſt otia menſis,
Communem capiens largius ore cibum.
Sed quod craſſa malũ circũdat guttura ferrũ?
Ne cuſtodita fas ſit abire domo.
At tu magna diu moribũdus luſtra pererras
Donec ſe ſyluis obuia turba ferat. (nis,
Perge igitur noſtris tua ſubdere colla cate-
Dum liceat faciles promeruiſſe dapes.
Protinus ille grauẽ gemitũ collectus in irã
Atq; ferox animi nobile murmur agit:
Vade ait & meritis nodum ceruicibus infer,
Compeſcantq; tuam vincula dura famem.
At mea cum vacuis libertas redditur antris,
Quamuis ieiunus quælibet arua peto.
Has illis epulas potius laudare memento

Qui libertatem poſtpoſuere gülæ.

PISCES. 38

Dulcibus in ſtagnis fluuio torrente coactus
 Æquoreas præceps piſcis adibat aquas.
Illic ſquamigerũ deſpectãs improbus agmẽ
 Eximium ſeſe nobilitate refert.
Nõ tulit expulſum patrio ſub gurgite piſcis,
 Verbaq́; cum ſalibus aſperiora dedit:
Vana laboratis aufer mendacia dictis,
 Quæq́; refutari te quoque teſte queant.
Nã qs erit potior populo ſpectãte probabo
 Si pariter captos humida lina trahant.
Tũc me nobilior magno mercabitur emptor
 Te ſimul ære breui debile vulgus emet.

MILES. 39

Vouerat adtritus quondã per prælia miles,
 Omnia ſuppoſitis ignibus arma dare,
Vel quæ victori moriens ſibi turba dediſſet
 Vel quicquid profugo poſſet ab hoſte capi.
Interea votis ſors affuit, & memor arma
 Cœperat accenſo ſingula ferre rogo.
Tunc lituus rauco deflectẽs murmure culpã
 Immeritum flammis ſe docet eſſe prius.
Nulla tuos, inquit, petieram tela lacertos
 Viribus adfirmes quæ tamen acta meis:
Nam tantum votis & cantibus arma coëgi,
 Hæc quoq; ſummiſſo teſtor & aſtra ſono.

Ille

Ille reſiſtentē flammis crepitantibus addens,
  Nec te maior ait pœna dolorq; rapit.
Nam licet ipſe nihil poſſes tētare nec auſus,
  Sæuior hoc, alios quod facis eſſe malos.

## VVLPES ET PARDVS. 40

Diſtinctus maculis & pulcro pectore pardus
  Inter conſimiles ibat in arua feras.
Sed quia nulla graues variarēt terga leones,
  Protinus his miſerum credidit eſſe genus.
Cetera ſordenti damnans animalia vultu,
  Solus in exemplum nobilitatis erat.
Hunc arguta nouo gaudentē vulpes amictu
  Corripit & vanas comprobat eſſe notas.
Vade ait & pictæ nimium confide iuuentæ,
  Dum mihi conſilium pulcrius eſſe queat.
Miremurq; magis quos munera mētis ador-
  Quā qui corporeis enituere bonis. (nāt,

## IMBER ET TESTA. 41

Impulſus ventis & preſſa nube coactus
  Ruperat hybernis ſe grauis imber aquis.
Cumq; per effuſas ſtagnaret turbine terras
  Expoſitum campis fictile preſſit opus.
Mobile nāq; lutū tepidus prius inſtruit aër,
  Diſcat vt admoto rectius igne coqui
Tūc nimbus fragilis perquirit nomina teſtæ
  Immemor illa ſui amphora dicor ait:
Nūc me docta manus rapiētevolumina giro

Molliter obliquum iuſſit habere latus.
Hactenus hanc inquit liceat conſtare figurã
Nam te ſubiectam diluit imber,ait.
Et ſimul accepto violentius amne fatiſcens
Pronior in tenues vita cucurrit aquas.
Infelix quia magna ſibi cognomina ſumens
Auſa pharetratis imbribus iſta loqui.
Hæc poterũt poſthac miſeris exẽpla monere
Subdita nobilibus vt ſua facta gemant.

---

## LVPVS ET HOEDVS. 42

Fortè lupum melior curſu deluſerat hœdus
Proxima vicinis dum petit arua caſis.
Inde fugam recto tendens in mœnia curſu
Inter lanigeros conſtitit ille greges.
Impiger hũc raptor mediãq; ſecutus in vrbẽ
Temtat compoſitis ſollicitare dolis.
Nónne vides,inquit,cũctis vt victima tẽplis
Immeritaq; gemẽs morte cruẽtet humum?
Quod niſi ſecuro valeas te reddere campo
Heu mihi vittata tu quoq; fronte cades.
Ille refert, modo quam metuis precor exue curam,
Et tecum viles improbe tolle minas.
Nam ſat erit ſacrum diuis fudiſſe cruorem,
Quam rapido fauces exſatiare lupo.
Sic quotiens duplici ſubeuntur triſtia caſu.
Expedit inſignem promeruiſſe necem.

FINIS.

# INDEX FABVLARVM.

*

ADoleſcentuli & coquus 152
Aegrotus & medicus 175
Aethiops 212
Agnus & lupus 285
Agricola & filij 147
Agricola & ciconia 307
Agricola & aſin⁹ 116
Agricola 218
Alcedo 222
Anus & medicus 145
Anſer 404
Anſeres & grues 196
Apiarius 221
Aquila 270
Aquila & vulpes 119
Aquila & cornicula 303
Aqla & ſcarabe⁹ 121
Aquila & ſagitta 305
Arũdo & oliua 280
Aſinus & hortulanus 179
Aſinus & equus 194
Aſinus & leo 202
Aſinus & pellis leonis 297
Aſin⁹ ſylueſtris 247
Aſin⁹ & vulpes 248. & 251
Aſin⁹ & coruus 250
Aſinus geſtans ſimulacrum 291
Aſinus & ranæ 249
Aſinus, ſal, & ſpongiæ 309
Aſini 247
Auarus 195
Auceps & vipera 160
Auceps & galerita 180

B

Boues & leo 299
Bubulcus 268
Butalis 214
Batrachomyomach. 317

317
Boreas & ſol 287

C

Camelus 252.389
Camelus & lup. 309
Cancri 286
Cãcer & vulpes 232
Canis 389
Canis & coquus 162
Canis & lupus 164
Canis & leo 407
Canis venaticus & domeſticus 229
Canis & Gallus 165
Canis & ipſius imago 309
Capella & leo 400
Caprea & leo furens 291
Caprea reprehendẽs pedũ tenuitatẽ 299
Carbonarius & fullo 135
Caſſita 190
Cerua 199
Cerua & leo 200
Cerua & vitis 201. 293
Cicada cum locuſtis capta 88
Cicada & formicæ 270
Citharœdus 233
Cochleæ 208
Columba 254
Concordia & diſcordia boum 307.395
Columba & cornix 255
Cornicula & cæteræ aues 305
Cornix & coruꝰ 234
Cornix & canis 235
Coruꝰ & vulpes 299
Coruus 269
Coruus & ſerpẽs 236
Culex & leo 285
Culex & taurus 293
Cygnus 211

D

Deceptor 141
Diues 256
Delphin & thunnus 157
Dumus & abies 396

E

Eques 391
Eques & agricola 311

Equus

Equus & aſinus 259
Equus & aper 303

F

Felium & murium pugna 346
Felis & gallus 128
Felis & mures 154
Fiber 161
Filia à patre violata 117
Formicarum fabel. 243.287
Formica & columba 172
Formica & cicada. 311.405
Fortunæ biuium 85
Fures 233

G

Galli & perdix 133
Gallina & hirũdo 252
Gallina auripara 272 & 301
Galli 282
Galeomyomachia 355.
Grus & pauo 393

H

Herus & canes 148
Hinnulus 191
Hirundo & cornix 213
Hirũdo & prętorium 307
Hirundo & philomela 315
Hircus & vitis 297
Hœdus & lupus 231. 275
Homo & ſatyrꝰ 260. 402
Homo perfractor ſtatuæ 263
Homo & canis 265
Homo & leo lapideus 289

I

Iactator 137
Imber & teſta 409
Impoſſibilia promittens 138
Inimici 153
Inuidus & cupidus 396
Iupiter 240.241

L

Leo, aſinus & vulpes 168.291

Leo & rana 167
Leo & vrſus 169
Leo & lupus 208
Leo dormiens & mus 289
Leo & vulpes 273
Leo, aper, & vultures 289
Lepores & ranę 192
Lepores 243
Lignator & Mercurius 176
Lupus & hœdus 410
Lupus & ouis 242
Lupus & vetula 274
Lupus & agnus 309
Lupus & aſinus 311
Lup⁹ & grus 281. 313
Lupi bellum ouibus inferentes 87

M

Malignus 139
Maritus & vxor 230
Medicus & ægrotus 159
Mercurius & ſtatuarius 226
Mercurius & Tireſias 227
Mercurius 239
Miles 408
Monedula 238
Monedula & columbæ 237
Morſus à cane 151
Mulier & gallina 150
Mulier & arans apud ſepulcrum 110
Mulier & ancillę 215
Mulier venefica 216
Mulier & vir ebrius 210
Mulus 276
Muſcæ 226
Mus & bos 403
Mus & rana 111
Muſtella 218
Mures & felis 154

O

Olitor & canis 203
Ollæ 391

P

Paſtor 256
Paſtor & mare 184
Paſtor & lupus 207
Pauo & monedula 188

Phil

Philomela & accipiter 124
Piſcator & cerrus 258.396
Piſcatores 136
Piſcator 141.223.267
Piſces 408
Pulex 199
Puer & fur 400
Puer & ſcorpius 295
Puer & mater 183
Puer vomens inteſtina 293
Pugna ferarum & volucrium & ſtruthione 305
Punica & malus 186
Pugna Ranarum & Murium 309

Q

Quercus & calami 394

R

Ranę 143.220.284
Ranæ & Sol 301
Rana & vulpes 388
Rana & leo 165
Ruſtica & lupus 385
Ruſtic⁹ & aſinus 387
Ruſticus 392
Ruſticus & taurus 401
Ruſtic⁹ & auis 397
Ruſticus & hercules 404

S

Senex & mors 144 283
Serpẽs & cãcer 206
Serpens & agricola 277.295.315
Serpens 254
Simia 393.406
Simi⁹ & delphis 224
Singularis & Vulpes 189
Statuarius 398
Sellarum ſpeculator 301
Sus & canis 204.205
Sus & mus 295

T

Talpa 187
Taurus & hirc⁹ 313.392
Teſtudo & aquila 197

197.385
Tubicen 278
Thunnus & delphin 157

V

Vates 171
Viator 182
Venator & paſtor 311
Venator & tigris 395
Venator & leo 399
Vermis & vulpes 271
Veſpertilio, rubus & mergus 173
Veſpertilio & muſtela 244
Veſpæ & perdices 187
Villicus & dominus 402
Vitulus & bos 406
Vir & vxor felis 297
Vir miſticapillus & duæ amicæ 303
Viatores 219.245.390
Vulpes 130.134
Vulpes & crocodilus 132
Vulpes & hircus 125
Vulpes & leo 127
Vulpes & lignator 262
Vulpes & pard⁹ 409
Vir deamās filiā 117
Vulpes & rubus 131.293
Vulpes & ſimius 336
Vulpes & vua 299

FINIS.